

Donatio tertie Partis Molendini pro-
pe Bobrownik in fluvio Buda si-
tuati Swantoslao Molendinatori, etc.

198

In Nomine Domini Amen. Ad per-
petuam rei memoriam. Nos Ladislaus
Dei Gratia dux Opolicensis, Welanen-
sis Cujavienensis, et dobrinensis. Notum
facimus tenore presentium quibus
expedit universis. Quod de fidelitate
Swantoslai Molendinatoris plurimum
presumentes, tertiam partem Molen-
dini nostri prope Castrum nostrum
Bobrownik in fluvio Buda situati,
et tertiam partem omnium emoli-
mentorum, et proventuum de eodem
Molendino proventuum dicto Swan-
toslao, ipsius hereditibus, et Successori-
bus legitimis, damus conferimus et
donamus Donatione perpetua et irre-
vocabili, tenendam, usufruendam, donan-
dam, vendendam, obligandam, commu-
tandam, et perpetue possidendam, ac
in usus suos, ac heredum suorum con-
vertendam, prout eodem Swantoslao
et ipsius hereditibus utilius videbitur
expedire

expeclire, dantes etiam et conferentes dicto
Swantoslawo, et suis heredibus facultatem
extirpandi, ibidem in querceto
duo jugera agrorum et pratorum, pro
sui ipsius et suorum peccorum ac
animalium conservatione, que etiam
ad tertiam partem ipsius molendini
volumus perpetue pertinere, excepta
tamen piscina ibidem, quam totam
et integram pro nobis et nostris ho-
steris perpetue reservamus. Adiciamus
etiam Swantoslawus et ipsius heredes,
pro comparatione molarium et frumen-
torum, ac pro reformatione ejusdem mo-
lendini tocicus, quociens necessarium fuerit,
tertium Denarium prout alibi est consu-
tum impendere et solvere sicut astri-
cti, nos vero et posteris nostris duos de-
narios solvere et impendere pro hujus-
modi molarium et frumentorum com-
paratione tenemur et etiam pro molen-
dini reformatione ceterisque volumus quod
dum aliud nostrum molendinum in
Bobrovník molere non poterit, tunc ho-
mines de Civitate Bobrovník et aliunde
qualibet eorum frumenta in dicto mo-
lendino habebunt molere liberam fa-
cultatem, ut autem prescripta donatio
robur obtineat perpetua firmitatis
presentes fieri, nostrisque sigilli ap-
pensione

77.

peniōne iussimus communicari. Actum
et Datum in Dobrin, Anno Domini Mil-
lesimo trecentesimo, octuagesimo tertio. Do-
minica die proxima ante festum Sancti
Galli Confessoris, presentibus nostris fi-
delibus Andrea iudice, Juano Mar-
chalco, Johanne Sincerna Dobrinensi Pe-
tro Hofil de Opek, Dobeslao de Diblina
Meszarnec de et domino Ni-
colao nostro Cancellario, qui presentia
habuit in Commisso, et aliis pluribus
fide dignis. etc.

Ta Kopia przepisana z oryginalu
pergaminiowego, u którego wisi pie-
częć na Słurku iedwabnym Koloru
Papuzego. Roku 1788. a 12. Julii.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]